

Ergo tempore supra dato, si addidero 10 horas scr. 11. 32".
 Conjunctio Solis & Lunæ media erit, Anno 1600. tricessi-
 ma lunij, hora usuali 12 scr. 11. 32". P. M. sub Meridiano
 Cracoviensi.

PROBLEMA SECVNDVM.

*Tempus veræ conjunctionis, vel oppositionis Solis &
 Lunæ reperire. Cop. lib. 4. c. 29.*

Primùm, ad tempus mediæ conjunctionis, vel opposi-
 tionis Solis & Lunæ,
 quære eorum prost-
 haphæreses: & erunt
 in exemplo nostro.

Prosthaphæresis
 Solis ablativa, quasi
 angulus IDC, 0 gr.
 17'. 1".

Prosthaphæresis
 Lunæ additiva 4 gr.
 54'. 51".

Deinde prostha-
 phæreses, si sint di-
 versi generis, mutuò
 junte: si sint eiusdem generis, minorem à majore subtra-
 he, ut appareat vera distantia Lunæ à Sole. Ut, in nostro
 exemplo, prosthaphæreses sunt diversi generis: nempe
 altera ablativa, altera additiva. Iungo igitur.

ICD,

